

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

VI. Confirmatio Indulti & usus celebrandi Missas & Officia Sanctorum
Ordinis Canonicorum regularium Sancti Augustini pro Congregatione
Sancti Antonii Augustini pro Congregatione Sancti Antonii ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

Diligentio
contraria-
rum.

Transumpro-
rum fides.

rum cuiilibet quavis aliter judicandi & interpre-
tandi facultate & auctoritate, judicari & definiri con-
debere; ac irritum & inane, si fecus super his a
quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoran-
ter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac omni-
bus & singulis illis, quæ memoratus Innocentius
XII. predecessor in suis literis supradictis vo-
luit non obstat, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsen-
tium literarum transumptis seu exemplis, etiam
impressis, manu alicujus Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate
constituti munitis, eadem prorsus fides habeat-
tur, qua præsentibus haberetur, si forent exhibiti-
tæ vel offensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
sub annulo Piscatoris die 2. Augusti 1730.
Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

VI.

Confirmatio Indulti & usus celebrandi Missas
& Officia Sanctorum Ordinis Canonicorum
Regularium Sancti Augustini pro Congre-
gatione S. Antonii Viennen. ejusdem Or-
dinis.

Facultatem celebrandi Festa nonnullorum Sancto-
rum sui Ordinis Canonicis Regularibus Sancti
Augustini Congregationis Lateranen. concessit
Pius PP. V. anno 1570. Constit. Licet Ec-
clesia Dei &c.

Dat. die 12.
Aug. 1730.
Pont. An. 1.

Procuratoris
Generalis S.
Antonii
Viennen. po-
stulatio.

Concessio
alias a San-
cto Pio V.
facta; de qua
supra.

Eam confir-
mat etiam
pro Con-
greg. Sancti
Antonii
Viennen.

& Officia Sanctorum Ordinis Canonicorum Re-
gularium Sancti Augustini ad instar enarrata con-
cessione ab eodem Pio Praedecessore dictæ Con-
gregationi Lateranen. factæ, ac ad alias supra-
dicti Ordinis Congregations extense & amplia-
tæ, sicut præmititur, auctoritate præfata teno-
re præsentium confirmamus & approbamus,
illisque inviolabilis Apostolica firmatis robur
adjicimus.

§. 3. Decernentes, easdem præsentes literas,
firmas, validas & efficaces existere & fore, suos
que plenarios & integros effectus fortiri & ob-
tinere, ac illis, ad quos spectat & pro tempo-
re spectabit, in omnibus & per omnia plenissime
suffragari, & ab eis respective inviolabiliter ob-
servari; Sicque & non aliter in præmissis per
quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos,
etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,
& dictæ Sedis Nuncios judicari & definiri de-
bere; ac irritum & inane, si fecus super his a
quoquam quavis auctoritate scienter vel igno-
ranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus &
Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus
opus sit, Congregationis S. Antonii Viennen. ac
Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirma-
tione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora-
tis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quo-
que, indultis, & literis Apostolicis in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis, confirma-
tis & innovatis. Quibus omnibus & singulis,
illorum tenores præsentibus pro plene & suffi-
cienter expressis ac ad verbum insertis habentes,
illis alias in suo labore permansuris, ad præmis-
sorum effectum hac vice dumtaxat specialiter &
expresse derogamus, ceterisque contrariis qui-
buscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die 12. Augusti 1730. Pon-
tificatus nostri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Ex lib. mensis Aug. Taff. 16.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Fi-
lius Josephus Depluvii Procurator
Generalis Congregationis S. Antonii Viennen.
Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini,
quod ipsa Congregatio vigore Indulti ei
alias a Sede Apostolica concessi, quod (ut affer-
itur) in viridi observantia existit, reperitur in
possessione seu quasi possessione recitandi ac ce-
lebrandi Missas & Officia Sanctorum dicti Ordini-
nis Canonicorum Regularium Sancti Augustini
ad instar similis concessionis dudum a san. mem.
Pio PP. V. predecessore nostro per suas in simili
formis Breviis die 18. Decembris 1570. expe-
ditas literas, quarum initium est: Licet Eccl-
esia &c. Congregationi Lateranen. ejusdem Ordini-
nis factæ, quæ subinde ad alias passim Ordini-
nis prædicti Congregations, & nominatim S.
Saluatoris in Italia, Sanctæ Genoveſe in Gallia,
ac Reformatam a B. Petro Fourier in Lotharin-
gia, Apostolica auctoritate extensa seu amplia-
ta fuit.

§. 2. Cum autem, sicut eadem exposicio
subiungebat, dictus Josephus, præmissa quo
firmius subsistant & serventur exactius, Apo-
stolica confirmationis nostra patrocinio com-
muniti plurimum desiderat: Nos eudem Jo-
sephum specialibus favoribus & gratiis profe-
qui volentes, & a quibusvis excommunicatio-
nis, suspensionis, & interdicti, aliisque Eccles-
iasticis sententiis, censuris, & penis a jure
vel ab homine quavis occasione vel causa latis,
si quibus quomodolibet innodatus existit, ad
effectum præsentium dumtaxat consequendum,
harum serie absolventes & absolutum fore cen-
sentes, supplicationibus ejus nomine Nobis su-
per hoc humiliter porrectis inclinati, memoria-
tum Indultum ipsi Congregationi S. Antonii
Viennen. a Sede præfata concessum, ac usum
in ea vigentem recitandi & celebrandi Missas

Præsentium
Literarum
auctoritas.

Contrario-
rum deroga-
tio.

Confirmatio quorundam Decretorum anno 1725.
a SS. Domino Nostro uti ejusdem Ord. Pro-
tectore, & a Benedicto XIII. specialiter ad
hoc Delegato, editorum pro bono Ordinis S.
Francisci Provincia Romanæ, illiusque Fratrum
regimine.

Alia nonnulla statuta edidit Benedictus XIII. anno
1724. die 16. Novembris Constit. Universalis Ec-
clesiae &c.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

A lias dum Cardinalatus honore fungebamur,
emanarunt a Nobis uti tunc Tertiæ Ordinis
S. Francisci apud Sedem Apostolicam Protectore, &
& a fe. re. Benedicto XIII. Praedecessore Nostro
ad hoc specialiter delegato, nonnulla Decreta
pro salubri ejusdem Ordinis, illiusque Fratrum
gubernio ac directione, tenoris, qui sequitur,
videlicet:

§. 1. Laurentius Tit. S. Petri ad Vincula
S. R. E. Presbyter Cardinalis Corsinus, Tertiæ
Ordinis S. Francisci apud S. Sedem Protectore, &
ad infra scripta per SS. D. N. Benedictum Divina
providentia Papam XIII. specialiter delegatus.
Vitis supplicibus libellis P. Magistri Ludovici
Patriarchæ SS. D. Nostro porrectis, tima-
tisque statutis generalibus Fratrum Tertiæ Or-
dinis anno 1549. compilatis, & per cl. me-

VII.

Dat. die 31.
Aug. 1730.
Pont. An. 1.

SS. D. Nostre
in minoribus
cum effet,
Tertiæ Ordini-
nis S. Fran-
cisci Prote-
ctor.

Series De-
cretorum ab
eodem tunc
temporis
emanato-
rum.